

CAPUT XXV.

\* Anno M. 3405. Ant. Chr. 599.

8. Decem & octo annorum erat Ioachin cum regnare coepisset \*, & tribus mensibus regnavit in Ierusalem: nomen matris eius Nohesta filia Elnathan de Ierusalem.

9. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quae fecerat pater eius.

\* Dan. 1. 1.

10. \* In tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem, & circumdata est urbs munitio- nibus.

11. Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad civitatem cum servis suis ut oppugnarent eam.

12. Egressusque est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & mater eius, & servi eius, & principes eius, & eunuchi eius: & suscepit eum rex Babylonis anno octavo regni sui.

13. Et protulit inde omnes thesauros domus Domini, & thesauros domus regie: & concidit universa vasa aurea, quae fecerat Salomon rex Israel in templo Domini iuxta verbum Domini.

\* Isai. 39. 6.

14. Et transtulit omnem Ierusalem, & universos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia, in captivitatem: & omnem artificem & clusorem: nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terrae.

\* 2. Paral. 36. 10. Esther 2. 6. & 11. 4. Ezech. 17. 12.

15. \* Transtulit quoque Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & uxores regis, & eunuchos eius: & iudices terrae duxit in captivitatem de Ierusalem in Babylonem.

Jerem. 24. 1. & 39. 2.

16. Et omnes viros robustos, septem millia, & artifices, & clusores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitque eos rex Babylonis captivos in Babylonem.

\* Jerem. 37. 1. & 52. 1.

17. \* Et constituit Matthaniam \* patruum eius pro eo: imposuitque nomen ei Sedeciam.

\* Iosue filium post Seltum siue Iocazum nomen patet id, quatuor Regum etate collata supr. c. 33. & 36. atque c. 34. & 38.

18. Vigesimalium & primum annum aetatis habebat Sedecias cum regnare coepisset, & undecim annis regnavit in Ierusalem: nomen matris eius erat Amital, filia Ieremie de Lobna.

19. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quae fecerat Ioachim.

20. Irascebatur enim Dominus contra Ierusalem & contra Iudam, donec proiceret eos a facie sua: recessitque Sedecias a Rege Babylonis.

Obsessâ a Nabuchodonosor Ierusalem, Sedecias caecus ac vultus, necatis coram se filiis, in Babylonem ducitur cum reliquo populo; quibusdam tamen ad exercendam terram relictis: post exstita unâ cum templo omnia magnifica edificia; praeficit Nabuchodonosor Godoliam; quo ab Ismaele interempto, fugit populus in Babylonem, Ioachin autem in captivitate sublimatur a rege Babylonis.

1. Factum est autem anno nono \* regni eius, mense decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circumdederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones.

2. Et clausa est civitas atque vallata usque ad undecimum annum regis Sedeciae.

3. nona die mensis: praevaluitque famines in civitate, nec erat panis populo terrae.

4. Et interrupta est civitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portae, quae est inter duplicem murum ad hortum regis (porro Chaldaei obsidebant in circuitu civitatem) fugit itaque Sedecias per viam, quae ducit ad campestris solitudinis.

5. Et persecutus est exercitus Chaldaeorum regem, comprehenditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum.

6. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus est cum eo iudicium.

7. Filios autem Sedeciae occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem.

8. Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonus decimus Regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, servus regis Babylonis, in Ierusalem.

9. \* Et succendit domum Domini \*, & domum regis: & domos Ierusalem, omnemque domum combussit igni.

10. Et muros Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldaeorum, qui erat cum principe militum.

11. Reliquam autem populi partem, quae remanserat in civitate, & perlugas, qui transfugerant ad regem Babylonis, &

\* Anno M. 3414. Ant. Chr. 590. Jerem. 39. 1. & 52. 4.

\* Qui erat quasi primi vicarius.

\* Anno M. 3416. ab initio regni David 468.

\* Pal. 73. 7.

\* Anno M. 3416. de sinente: Nabuchodonosoris an. 19. in eunte: ante Chr. 588. postquam a Salomone

condi coepit an. 424. mensibus 3. & diebus 8. Mense 5. ipsa die Sabbat. in cuius rei memoriam ieiunium institutum est, Zach. 7. 5. & 8. 19. \* Jerem. 27. 19.

12. Et de pauperibus terrae reliquit vinctores & agricolas.

13. \* Columnas autem aeras, quae erant in templo Domini, & bases, & mare aereum, quod erat in domo Domini, confecerunt Chaldaei, & transtulerunt aes omne in Babylonem.

14. Ollas quoque aeras, & trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola, & omnia basa aera, in quibus ministrabant, tulerunt.

15. Necon & thuribula, & phialas: quae aurea, aurea: & quae argentea, argentea, tulit princeps militiae.

16. Ad est, columnas duas, mare unum, & bases quas fecerat Salomon in templo Domini: non erat pondus aëris omnium vasorum.

17. \* Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna una: & capitellum aereum super se altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata super capitellum columnae, omnia aërea: similem & columna secunda habebat ornatum.

18. Tulit quoque princeps militiae Saratham sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores.

19. Et de civitate eunuchum unum, qui erat praefectus super bellatores viros: & quinque viros de his, qui steterant coram rege, quos reperit in civitate: & Sophier principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terrae: & sexaginta viros vulgo, qui inventi fuerant in civitate.

20. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha.

21. Percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & translatus est Iuda de terra sua.

22. \* Populo autem, qui relictus erat in terra Iuda, quae dimiserat Nabuchodo-

nosor rex Babylonis, praefecit Godoliam filium Ahicam filij Saphan.

23. Quod cum audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum eis, videlicet quod constituisset rex Babylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismahel filius Nathaniae, & Iohanan filius Carae, & Saraia filius Thanehumeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & socij eorum.

24. Iuravitque Godolias ipsis & sociis eorum, dicens: Nolite timere servire Chaldaeis: manete in terra, & servite regi Babylonis, & bene erit vobis.

25. Factum est autem in mense septimo \*, venit Ismahel filius Nathaniae, filij Elisama de semine regio, & decem viri cum eo: percusseruntque Godoliam, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldaeos, qui erant cum eo in Maspha.

26. Consurgensque omnis populus a parvo usque ad magnum, & principes militum venerunt in Aegyptum timentes Chaldaeos.

27. Factum est vero in anno trigesimo septimo \* transmigrationis Ioachin regis Iuda, mense duodecimo, vigesima septima t die mensis: sublevavit Evilmerodach rex Babylonis, anno, quo regnare coeperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere eiusdem mensis, de quo Jerem.

\* Anno M. 3442. Ant. Chr. 562. † Consilio iam inito, a die 25. eiusdem mensis, de quo Jerem. 52. 31.

\* Nempè per duos circiter annos.

Cum enim hos & paulo plus regnasset Evilmerodach, a Ne-riglossor sororis suae marito, peremptus est, ob iniquitates suas & libidines, ut docet Iosue, ex Beroso, lib. 1. contra Apion.

27. Factum est vero in anno trigesimo septimo \* transmigrationis Ioachin regis Iuda, mense duodecimo, vigesima septima t die mensis: sublevavit Evilmerodach rex Babylonis, anno, quo regnare coeperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere eiusdem mensis, de quo Jerem.

28. Et locutus est ei benigne: & posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylonem.

29. Et mutavit vestes eius, quas habuerat in carcere, & comedeat panem semper in conspectu eius cunctis diebus vitae suae.

30. Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quae & dabatur ei a rege per singulos dies omnibus diebus vitae suae \*.

Cum enim hos & paulo plus regnasset Evilmerodach, a Ne-riglossor sororis suae marito, peremptus est, ob iniquitates suas & libidines, ut docet Iosue, ex Beroso, lib. 1. contra Apion.

\* Anno M. 3442. Ant. Chr. 562. † Consilio iam inito, a die 25. eiusdem mensis, de quo Jerem. 52. 31.

\* Nempè per duos circiter annos.

Cum enim hos & paulo plus regnasset Evilmerodach, a Ne-riglossor sororis suae marito, peremptus est, ob iniquitates suas & libidines, ut docet Iosue, ex Beroso, lib. 1. contra Apion.



LIBER PRIMUS  
PARALIPOMENON,  
HEBRAICĒ DIBRE HAIAMIM.

**L**IBROS PARALIPOMENON, hoc est prætermisſorum, quòd ibi quedam in libris regum omiſſa habeantur; Hebræi DIBRE HAIAMIM, id est, verba dierum vocant, quòd ex regum diurnis excerpti ſint. Unus est autem apud eos, ſed a noſtris diuiſus, quem ab Eſdra ſcriptum conſtans fama ſemper obtinuit. Quidam CHRONICORUM libros inſcribere maluerunt.

IN HORUM PRIORE, propagatio gentis Iſraëliticæ ab Adamo ad reditum uſque a captiuitate breuiter recenſetur: Deinde repetitâ a Davide Hiſtoriâ, eius regnum accuratius deſcribitur, ad Salomonis uſque unctiorem; hoc est ad annum mundi 2990.

CAPUT PRIMUM.

Genealogia ab Adam uſque ad Abraham, & generationes filiorum Abrahæ unâ cum filiis ac poſteris Eſai, & regibus ac ducibus terræ Edom, antequam eſſent reges ſuper filios Iſraël.

Genes. 2. 7.  
& 4. 25.  
& 5. 6. 9.



1. ADAM, Seth, Enos,  
2. Caïnân, Mala-  
leel, Iared,  
3. Henoch, Mathu-  
sale, Lamech,  
4. Noë, Sem, Cham,

& Iapheth.  
5. Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iavan, Thubal, Mosoch, Thiras.  
6. Porrò filij Gomer: Ascenez, & Riphath, & Thogorma.

7. Filij autem Iavan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim.  
8. Filij Cham: Chus, & Mesraim, & Phut, & Chanaan.

9. Filij autem Chus: Saba, & Hevila, Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Porrò filij Regma: Saba, & Dadan.

\* Gen. 10.  
& 11.

10. Chus autem genuit \* Nemrod: iste cepit esse potens in terra.  
11. Mesraim uerò genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, & Nephthum,  
12. Phetrusim quoque, & Casluim: de quibus egressi sunt Philistiim, & Capthorim.

13. Chanaan uerò genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum quoque,  
14. & Iebusæum, & Amorrhæum, & Gergesæum,  
15. Hevæumque & Aracæum, & Sinaeum.

16. Aradium quoque, & Samarum, & Hamathæum.

17. Filij \* Sem: Aelam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram, & Hus, & Hul, & Gether, & Mosoch.

\* Gen. 10.  
22. & 11.  
10.

18. Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber.

19. Porrò Heber nati sunt duo filij, nomen unî Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra; & nomen fratris eius Iectan.

20. Iectan autem genuit Elmodad, & Saleph, & Asarnoth, & Iare,

21. Adoram quoque, & Huzal, & Decla.

22. Hebal etiam, & Abimaël, & Saba, necnon

23. & Ophir, & Hevila, & Iobab. omnes isti filij Iectan:

24. Sem, Arphaxad, Sale,  
25. Heber, Phaleg, Ragail,  
26. Serug, Nachor, Thare,

27. Abram, \* iste est Abraham. \* Gen. 11.  
28. Filij autem Abraham, Isaac & Is-

26.  
mabel.

29. Et hæc generationes eorum. Primo-  
genitus \* Ismahelis, Nabaioth, & Cedar, \* Gen. 25.  
& Adbeel, & Mabsam, 13.

30. & Masma, & Duma, Massa, Hada,  
& Thema,

31. Ietur, Naphis, Cedma. hi sunt filij Ismahelis.

32. Filij autem Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit: Zamran, Ieccan, Madan, Madian, Iesboc, & Sue. Porrò filij Ieccan: Saba, & Dadan. Filij autem Dadan: Assurim, & Latussim, & Laomim. \* Gen. 25.  
33. Filij \* autem Madian: Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. omnes hi, filij Ceturæ. 4

34. Genuit \* autem Abraham Isaac: cuius fuerunt filij Esai, & Iſraël. \* Gen. 25.  
19.

35. Filij \* Esai: Eliphaz, Rahuël, Iehus, Ihelom, & Core. \* Gen. 36.  
10.

36. Filij Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Gathan, Cenez, Thamna, Amalec.  
37. Filij Rahuël: Nahath, Zara, Samma, Meza.

38. Filij Seïr: Lotan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, Disan.

39. Filij Lotan: Hori, Homam. Soror autem Lotan fuit Thamna.

40. Filij Sobal: Alan, & Manahath, & Ebal, Sephi & Onam. Filij Sebeon: Aïa & Ana. Filij Ana: Dison.

41. Filij Dison: Hamram, & Heseban & Iethran & Charan.

42. Filij Eser: Balaan, & Zavan, & Iacan. Filij Disan: Hus & Aran.

43. Isti sunt reges, qui imperaverunt in Terra Edom. antequam eſſet rex super filios Iſraël: Bale filius Beor: & nomen civitatis eius, Denaba.

44. Mortuus est autem Bale, & regnavit pro eo Iobab filius Zare de Bosra.

45. Cùmque & Iobab fuisset mortuus, regnavit pro eo Husam de Terra Themanorum.

46. Obiit quoque & Husam, & regnavit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in Terra Moab: & nomen civitatis eius Avith.

47. Cùmque & Adad fuisset mortuus, regnavit pro eo Semla de Masreca.

48. Sed & Semla mortuus est, & regnavit pro eo Saïl de Rohoboth, quæ iuxta amnem sita est.

49. Mortuo quoque Saïl, regnavit pro eo Balanan filius Achobor.

50. Sed & hic mortuus est, & regnavit pro eo Adad: cuius urbis nomen fuit Phaï, & appellata est uxor eius Meetabel filia Matred filie Mezaab.

51. Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt: dux Thamna, dux Alva, dux Ietheth,

52. dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,

53. dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,

54. dux Magdiel, dux Hiram. hi duces Edom.

CAPUT II.

Genealogia Iude Patriarchæ usque ad Isai patrem David, fratrumque ac sororum eius.

Genes. 29.  
32. & 30.  
5. & 35.  
22.

1. Filij autem Iſraël: Ruben, Simeon, Levi, Iuda, Isachar, & Zabulon,  
2. Dan, Ioseph, Benjamin, Nephthali, Gad & Aser.

3. Filij \* Iuda: Her, Onan, & Selai: hi tres nati sunt ei de filia Sue Chananitide. \* Gen. 38.  
3. & 40.  
12.  
Fuit autem Her primogenitus Iuda, maritus coram Domino, & occidit eum.

4. \* Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zara. omnes ergo filij Iuda, quinque. \* Infr. 4. 1. \* Matth. 1. 3.

5. Filij autem Phares: Heston & Hamul.

6. Filij quoque Zare: Zamri, & Ethan, & Eman, Chalchal quoque, & Dara, simul quinque.

7. Filij \* Charmi: Achar, qui turbavit Iſraël, & peccavit in furto anathematis. \* 1. 7. 1.

8. Filij Ethan: Azarias.

9. Filij \* autem Heston qui nati sunt ei: Ierameel, & Ram, & Calubi. \* Ruth 4. 19.

10. Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahasson, principem filiorum Iuda.

11. Nahasson quoque genuit Salma, de quo ortus est Booz.

12. Booz uerò genuit Obed, qui & ipse genuit Isai.

13. \* Isai autem genuit primogenitum Eliab, secundum Aminadab, tertium Simmaa, matris matris \* 1. Reg. 16. 6. & 8. 9. & 17. 12.

14. quartum Nathanasël, quintum Radai,

15. sextum Asom, septimum David.

16. Quorum sorores fuerunt Sarvia, & Abigail. Filij Sarvie: Absai, Iobab, & Asaël, tres.

17. Abigail autem genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismahelites.

18. Caleb uerò filius Hesron accepit uxorem nomine Azuba; de qua genuit Ierioth: fueruntque filij eius Iaser, & Sobab, & Ardon.

19. Cùmque mortua fuisset Azuba, accepit uxorem Caleb, Ephratha: quæ peperit ei Hur.

20. Porrò Hur genuit Uri: & Uri genuit Bezeleel.

21. Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam cùm eſſet annorum sexaginta: quæ peperit ei Segub.

22. Sed & Segub genuit Iair, & possedit viginti tres civitates in Terra Galaad.

23. Cepitque Gessur, & Aram oppida Iair, & Canath, & viculos eius sexaginta civitatum: omnes isti, filij Machir patris Galaad.

24. Cùm autem mortuus eſſet Hesron, ingressus est Caleb ad Ephratha. Habuit quoque Hesron uxorem Abia, quæ peperit

perit ei Assur patrem Thecua.  
 25. Nati sunt autem filij Ierameel primogeniti Hesron, Ram primogenitus eius, & Buna, & Aram, & Asom, & Achia.  
 26. Duxit quoque uxorem alteram Ierameel, nomine Atara, quae fuit mater Onam.  
 27. Sed & filij Ram primogeniti Ierameel, fuerunt Moos, Iamin, & Achar.  
 28. Onam autem habuit filios Semei, & Iada. Filij autem Semei: Nadab, & Abisur.  
 29. Nomen vero uxoris Abisur, Abihail, quae peperit ei Ahobban, & Molidi.  
 30. Filij autem Nadab fuerunt Saled, & Apphaim. Mortuus est autem Saled absque liberis.  
 31. Filius vero Apphaim, Iesi: qui Iesi genuit Sesan. Porrò Sesan genuit Ohola.  
 32. Filij autem Iada fratris Semei: Iether, & Ionathan. Sed & Iether mortuus est absque liberis.  
 33. Porrò Ionathan genuit Phaleth, & Ziza. Isti fuerunt filij Ierameel.  
 34. Sesan autem non habuit filios, sed filias: & servum Aegyptium nomine Ieraa.  
 35. Deditque ei filiam suam uxorem: quae peperit ei Ethei.  
 36. Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabadi.  
 37. Zabadi quoque genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed,  
 38. Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam,  
 39. Azarias genuit Hellei, & Helles genuit Elasa,  
 40. Elasa genuit Sisamo, Sisamo genuit Sellum,  
 41. Sellum genuit Icamiam, Ieamia autem genuit Elisama.  
 42. Filij autem Caleb fratris Ierameel: Mesa primogenitus eius, ipse est pater Ziph: & filij Maresa patris Hebron.  
 43. Porrò filij Hebron, Core, & Taphua, & Recem, & Samma.  
 44. Samma autem genuit Raham, patrem Iercaam, & Recem genuit Samma.  
 45. Filius Samma, Maon: & Maon pater Bethsur.  
 46. Epha autem concubina Caleb peperit Haran, & Mosa, & Gezez. Porrò Haran genuit Gezez.  
 47. Filij autem Iahaddai, Regom, & Ioathan, & Gesan, & Phalet, & Epha, & Saaph.  
 48. Concubina Caleb Maacha, peperit Saber, & Tharana.

49. Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa. Filia vero Caleb, fuit Achsa.  
 50. Hi erant filij Caleb, filij Hur primogeniti Ephratha, Sobal pater Cariathiarim.  
 51. Salma pater Bethlehem, Hariph pater Bethgader.  
 52. Fuerunt autem filij Sobal patris Cariathiarim, Qui videbar dimidium requietionum.  
 53. Et de cognatione Cariathiarim, Iethrei, & Aphuthei, & Semathai, & Maserei. Ex his egressi sunt Saraita, & Esthaolite.  
 54. Filij Salma, Bethlehem, & Netophathi, Coronae domus Ioab, & Dimidium requietionis Sara.  
 55. Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, Caenentes atque Resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinai, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

CAPUT III.

Generaciones David & regum Iuda ex progenie David, cum filiis ac filiabus eorum.

**D**AVID vero hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron; primogenitum Amnon ex Achinoam Iezrahelide, secundum Daniël de Abigail Carmelitide,  
 2. tertium Absalom filium Maacha filiae Tholmai regis Gessur, quartum Adoniam filium Aggith,  
 3. quintum Saphatiam ex Abital, sextum Iethraham de Egla uxore sua.  
 4. Sex ergo nati sunt ei in Hebron, ubi regnavit septem annis & sex mensibus. Triginta autem & tribus annis regnavit in Ierusalem.  
 5. \* Porrò in Ierusalem nati sunt ei filij Simmaa, & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor de Bethsabee filia Ammiel,  
 6. Iebaar quoque & Elisama,  
 7. & Eliphaleth, & Noge, & Nepheg,  
 8. necnon Elisama, & Eliada, & Elipheleth, novem:  
 9. omnes hi, filij David absque filiis concubinarum: habueruntque sororem Thamar.  
 10. Filius autem Salomonis, Roboam: cuius Abia filius genuit Asa. De hoc quoque natus est Iosaphat,

11. pater Ioram: qui Ioram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Iosab:  
 12. & huius Amasias filius genuit Azariam. Porrò Azariae filius Ioathan  
 13. procreavit Achaz patrem Ezechiae, de quo natus est Manasses.  
 14. Sed & Manasses genuit Amon patrem Iosia.  
 15. Filij autem Iosiae fuerunt, primogenitus Ioathan, secundus Ioakim, tertius Sedecias, quartus Sellum.  
 16. \* De Ioakim natus est Iechonias, & Sedecias.

\* Hebr. Filij Iebai-kim; Iechonia filius eius, Sedecias filius eius. Matth. 1. 11.

MONITUM.

Quoniam genealogia filiorum Iosiae, ni semel bene concipiatur, non uno in loco difficultatem movet; subiectum schema proponere visum est, in quo nativitas seriem exhibebit loci dispositio: ordinem vero quo ad regnum illi pervenerunt, indicabit appositus numerus.

IOSIAS.

Rex optimus a Necaone rege Aegypti occisus. 4. Reg. 23. 29.

II.	L.	IV.
IOHANAM nullibi, nisi hic vers. 15. nominatus: unde patrum ante patrem mortuus, vel in eo praelio cum eo occisus.	ELIACIM qui etiam IOAKIM nominatus: per eoph. 23. 30. Jerem. 22. 11. Dicitur Aegyptum ab Iechonias. 1. 11. ductus, ibi re suffectus est, moritur. 4. Reg. 24. 27.	SELLUM qui etiam IOAKAS pro parte regnavit. 4. Reg. 23. 31. 36. cum 23. 30. Jerem. 22. 11. in regnum a Necaone ab Iechonias. 1. 11. ductus, ibi re suffectus est, moritur. 4. Reg. 24. 27.

III.

IOACHIN, qui etiam IECONIAS & Coniar, Ierem. 22. Hebr. Iebai-kim, per eoph. 23. 30. Jerem. 22. 11. in regnum a Necaone ab Iechonias. 1. 11. ductus, ibi re suffectus est, moritur. 4. Reg. 24. 27.  
 17. Filij Iechoniae fuerunt Asir, Salathiel,  
 18. Melchiram, Phadaia, Senneser & Iecemia, Sama, & Nadabia.  
 19. De Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum:  
 20. Hasaban quoque, & Ohol, & Barachian, & Hasadian, Iosabhesed, quinque.  
 21. Filius autem Hananiae, Phaltias pater Iesee, cuius filius Raphaia. huius quoque filius, Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechenias.  
 22. Filius Secheniae, Semeia: cuius filij Hattus, & Iegaal, & Baria, & Na-

† Non videtur esse Zorobabel, de quo in Genealogia Salvatoris. Is enim constanter Salathielis filius dicitur, nec filij eius ista que

ria, & Saphat, sex numero.  
 23. Filius Naariae, Elieonai, & Ezechias, & Ezricam, tres.  
 24. Filij Elieonai, Odvia, & Eliasub, & Phelcia, & Accub, & Iohanan, & Dalai, & Anani, septem.

hic legimus habent nomina. Matth. 1. 11. Luc. 3.

CAPUT IV.

Rursus posteritas Iuda ac Simeonis, & habitaciones eorum: stirps Cham deletur a filiis Simeonis; Amalecitas quoque ab ipsis percutiuntur.

**F**ILIJ Iuda: Phares, Hesron, & Charmi, & Hur, & Sobal.  
 2. Raia vero filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai, & Laad, haec cognationes Sarathi.  
 3. Ista quoque stirps Etam: Iezrahel, & Iesema, & Iedebos. Nomen quoque sororis eorum, Asalephuni.  
 4. Phaniel autem pater Gedor, & Ezer pater Hosa. isti sunt filij Hur primogeniti Ephratha patris Bethlehem.  
 5. Assur vero patri Thecua: erant duae uxores, Halaa, & Naara.  
 6. Peperit autem ei Naara, Oozam, & Hephher, & Themani, & Ahasthari. isti sunt filij Naara.  
 7. Porrò filij Halaa, Sereth, Isaar, & Ethnan.  
 8. Cos autem genuit Anob, & Soboba, & cognationem Abarehel filij Arum.  
 9. Fuit autem Iabes inclytus praefratribus suis, & mater eius vocavit nomen illius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore.  
 10. Invocavit vero Iabes Deum Israell, dicens: Si benedicens benedixeris mihi, & dilataveris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me a malitia non opprimi. Et praestitit Deus quae precatus est.  
 11. Caleb autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon.  
 12. Porrò Esthon genuit Bethrapha, & Pheesse, & Tehinna patrem urbis Naas: hi sunt viri Recha.  
 13. Filij autem Cenez, Othoniel, & Saraia. Porrò filij Othoniel, Hathath, & Maonathi.  
 14. Maonathi genuit Ophra, Saraia autem genuit Ioab patrem Vallis artificum: ibi quippe artifices erant.  
 15. Filij vero Caleb filij Iephone, Hir, & Ela, & Naham. Filij quoque Elae, Cenez.

16. Filij quoque Ialeleel: Ziph, & Ziphia, Thiria, & Asraël.
17. Et filij Ezra, Iether, & Mered, & Ephher, & Ialon, genuitque Mariam, & Sammaï, & Iesba patrem Esthamo.
18. Uxor quoque eius Iudaïa, peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrem Socho, & Iouthiel patrem Zanôë. hi autem filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered.
19. Et filij uxoris Odaïæ sororis Naham patris Ceïla, Garmi, & Esthamo, qui fuit de Machathi.
20. Filij quoque Simon, Amnon, & Rinna filius Hanan, & Thilon. Et filij Iesi, Zobeth, & Benzobeth.
- \* Gen. 38. 21. Filij \* Sela, filij Iuda: Her pater Lecha, & Laada pater Maresa, & cognationes domus operantium byssum in Domino iuramenti.
22. Et qui stare fecit Solem, virique Mendaci, & Secur, & Incendens, qui principes fuerunt in Moab, & qui reversi sunt in Lahem. hæc autem verba vetera.
23. Hi sunt figuli habitantes in Plantationibus, & in Sepibus, apud regem in operibus eius, commorati sunt ibi.
- \* Gen. 45. 10. 24. Filij \* Simeon: Namuel & Lamin, Iarib, Zara, Saül.
25. Sellum filius eius, Mabsam filius eius, Masma filius eius.
26. Filij Masma: Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semeï filius eius.
27. Filij Semeï sedecim, & filiæ sex: fratres autem eius non habuerunt filios multos, & universa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iuda.
28. Habitaverunt autem in Bersabee, & Molada, & Hasarsuhal,
29. & in Bala, & in Asom, & in Tholad,
30. & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg,
31. & in Bethmarchaboth, & in Hasarsusim, & in Bethberai, & in Saarim. hæc civitates eorum usque ad regem David.
32. Villæ quoque eorum: Etam, & Aën, Remmon, & Thochen, & Asan, civitates quinque.
33. Et universi viculi eorum per circuitum civitatum istarum usque ad Baal. hæc est habitatio eorum, & sedium distributio.
34. Mosobab quoque & Iemlech, & Iosa filius Amasiae,
35. & Joël, & Iehu filius Iosabie filij Saraïæ filij Asiel,
36. & Elioënai, & Iacoba, & Isuhaïa,

- & Asaï, & Adiel, & Ismiel, & Banaïa,
37. Ziza quoque filius Sephei filij Allon filij Idaïa filij Semri filij Samaïa.
38. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer.
39. Et profecti sunt ut ingrederentur in Gador usque ad Orientem vallis, & ut quæerent pascua grægibus suis.
40. Inveneruntque pascuas uberes, & valde bonas, & terram latissimam & quietam & fertilem, in qua ante habitaverant de stirpe Cham.
41. Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nominatim, in diebus Ezechie regis Iuda: & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inventi fuerant ibi, & deleverunt eos usque in presentem diem: habitaveruntque pro eis, quoniam uberrimas pascuas ibidem repererunt.
42. De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phalthiam & Naariam & Raphaïam & Oziel filios Iesi:
43. & percusserunt reliquias, quæ evadere poterant, Amalecitarum, & habitaverunt ibi pro eis usque ad diem hanc.

## CAPUT V.

*Catalogus filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse, & habitatio eorum qui percusserunt Agareos: sed tandem ducti sunt ab Assyriis ob idololatriam ipsorum in captivitatem.*

1. Filij quoque Ruben primogeniti Israëli (ipse quippè fuit primogenitus eius: sed cum \* violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filij Israëli, & non est ille reputatus in primogenitum.)
2. Porrò Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Ioseph.)
3. Filij \* ergo Ruben primogeniti Israëli: Enoch, & Phallu, Esron, & Carmi.
4. Filij Joël: Samia filius eius, Gog filius eius, Semeï filius eius,
5. Micha filius eius, Reïa filius eius, Baal filius eius,
6. Beera filius eius, quem captivum duxit Thelgathphalnasar \* rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben.
- \* Gen. 35. 22. & 49. 4. \* Gen. 46. 9. Exod. 5. 14. Num. 26. 7. \* Vide 4. Regum 15. 29.
7. Fratres autem eius, & universa cog-

na-

- natio, eius, quando numerabantur per familias suas, habuerunt principes Iehiel, & Zachariam.
8. Porrò Bala filius Azaz, filij Samma, filij Joël, ipse habitavit in Aroër usque ad Nebo, & Beelmeon.
9. Contra Orientalem quoque plagam habitavit usque ad introitum eremi, & flumen Euphraten. Multum quippè iumentorum numerum possidebant in Terra Galaad.
10. In diebus autem Saül præliati sunt contra Agareos, & interfecerunt illos, habitaveruntque pro eis in tabernaculis eorum, in omni plaga, quæ respicit ad Orientem Galaad.
11. Filij verò Gad & regione eorum habitaverunt in Terra Basan usque Selcha:
12. Joël in capite, & Saphan secundus Ianaï autem, & Saphat in Basan.
13. Fratres verò eorum secundum domos cognationum suarum, Michaël, & Mosollam, & Sebe, & Iorai, & Iachan, & Zie, & Heber, septem.
14. Hi filij. Abihail, filij Huri, filij Iara, filij Galaad, filij Michaël, filij Iesesi, filij Jeddo, filij Buz.
15. Fratres quoque filij Abdiel, filij Guni, principes domus in familiis suis.
16. Et habitaverunt in Galaad, & in Basan, & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron, usque ad terminos.
17. Omnes hi, numerati sunt in diebus Ioathan regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israëli.
18. Filij Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse viri bellatores, scuta portantes, & gladios, & tendentes arcum, eruditique ad prælia quadraginta quatuor millia, & septingenti sexaginta procedentes ad pugnam.
19. Dimicaverunt contra Agareos: Itruræi verò, & Naphis, & Nodab
20. præbuerunt eis auxilium. Traditque sunt in manus eorum Agareï, & universi, qui fuerant cum eis, quia Deum invocaverunt cum præliarentur: & exaudivit eos, eò quòd credidissent in eum.
21. Ceperuntque omnia quæ possederant, camelorum quinquaginta millia, & ovium ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centum millia.
22. Vulnerati autem multi corruerunt: fuit enim bellum Domini. Habitaveruntque pro eis usque ad transmigationem.
23. Filij quoque dimidiæ tribus Manasse

possederunt terram a finibus Basan usque Baal, Hermon, & Saur, & montem Hermon, ingens quippe numerus erat.

24. Et hi fuerunt principes domus cognationis eorum, Ephher, & Iesi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoïa, & Iediel viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familiis suis.

25. Reliquerunt autem Deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit Deus coram eis.

26. Et suscitavit Deus Israëli spiritum Phul \* regis Assyriorum, & spiritum Thelgathphalnasar regis Assur: & transulit Ruben, & Gad, & dimidiæ tribum Manasse, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluvium Gozan, usque ad diem hanc.

\* Vide 4. Regum 15. 19. & 29.

## CAPUT VI.

*Genealogia filiorum Levi, & quos ex eis constituerit David cantores ac ministros in domo Domini: item generatio filiorum Aaron cum urbibus suis in singulis tribubus Israëli, & quæ fuerint civitates refugij.*

1. Filij Levi: Gerson, Caath, & Merari.
2. Filij Caath: Amram, Isaar, Hebron, & Oziel.
3. Filij Amram: Aaron, Moyses, & Maria: Filij Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar, & Ithamar.
4. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue,
5. Abisue verò genuit Bocca, & Bocci genuit Ozi.
6. Ozi genuit Zaraïam, & Zaratias genuit Meraïoth.
7. Porrò Meraïoth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob.
8. Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas,
9. Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Iohanam,
10. Iohanam genuit Azariam. ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificavit Salomon in Ierusalem.
11. Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob,
12. Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum,
13. Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam,
14. Aza-

14. Azariás genuit Saraíam, & Saraías dextris eius, Asaph filius Barachia, filij Samaa,

15. Porro Iosedec egressus est, quando transtulit Dominus Iudam, & Ierusalem per manus Nabuchodonosor.

\* Exod. 6.  
16.

16. Filij \* ergo Levi: Gerson, Caath, & Merari.

17. Et haec nomina filiorum Gerson: Lobni, & Semet.

18. Filij Caath: Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel.

19. Filij Merari: Moholi, & Musi. Haec autem cognationes Levi secundum familias eorum.

20. Gerson, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eius.

21. Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eius.

22. Filij Caath, Aminadab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius.

23. Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius.

24. Thahath filius eius, Uriel filius eius, Ozias filius eius, Saül filius eius.

25. Filij Elcana, Amasai & Achimoth

26. & Elcana: Filij Elcana: Sophai filius eius, Nahath filius eius,

27. Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius.

28. Filij Samuël primogenitus Vasseni, & Abia.

29. Filij autem Merari, Moholi: Lobni filius eius, Semet filius eius, Oza filius eius,

30. Sammaa filius eius, Haggia filius eius, Asafa filius eius.

31. Isti sunt, quos constituit David super cantores domus Domini, ex quo collocata est \* arca:

\* 2. Reg. 6.  
1. & 17.  
Anno M.  
2959.  
Ant. Chr.  
1045.

32. & ministrabant coram tabernaculo testimonij, canentes donec edificaret Salomon domum Domini in Ierusalem: stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio.

33. Hi verò sunt, qui assistebant cum filiis suis, de filiis Caath, Hemam cantor filius Iohel, filij Samuël,

34. filij Elcana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thohu,

35. filij Suph, filij Elcana, filij Mahath, filij Amasai,

36. filij Elcana, filij Iohel, filij Azaria, filij Sophonia,

37. filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph, filij Core,

38. filij Isaar, filij Caath, filij Levi, filij Israël.

39. Et frater eius Asaph, qui stabat a dextris eius, Asaph filius Barachia, filij Samaa,

40. filij Michaël, filij Basaia, filij Melchiaz,

41. filij Athanaï, filij Zara, filij Adafia,

42. filij Ethan, filij Zamma, filij Semet,

43. filij Ieth, filij Gerson, filij Levi.

44. Filij autem Merari fratres eorum, ad sinistram, Ethan filius Cusi, filij Abdi, filij Maloch,

45. filij Hasabia, filij Amasia, filij Helcia,

46. filij Amasai, filij Boni, filij Somer,

47. filij Moholi, filij Musi, filij Merari, filij Levi.

48. Fratres quoque eorum Levitæ, qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini.

49. Aaron verò, & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare Thymiamatis, in omne opus Sancti sanctorum: & ut precarentur pro Israël iuxta omnia, quae praeceperat Moyses servus Dei.

50. Hi sunt autem filij Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisué filius eius,

51. Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarahia filius eius,

52. Merath filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius,

53. Sadoc filius eius, Achimaas filius eius.

54. Et haec habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarum: ipsis enim sorte contigerant.

55. Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & suburbana eius per circuitum:

56. \* Agros autem civitatis, & villas, \* Ior. 21.  
12.

Caleb filio Iephone.

57. Porro filiis Aaron dederunt civitates ad confugiendum Hebron, & Lobna, & suburbana eius,

58. Iether quoque, & Esthemo cum suburbanis suis, sed & Helon, & Dabir cum suburbanis suis,

59. Asan quoque, & Bethemes & suburbana earum.

60. De tribu autem Benjamin, Gabee & suburbana eius, & Almath cum suburbanis suis, Anathoth quoque cum suburbanis suis, omnes civitates, tredecim, per cognationes suas.

61. Filiis autem Caath residuis de cogna-

natione sua dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem urbes decem.

62. Porro filiis Gerson per cognationes suas de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, urbes tredecim.

63. Filiis autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt sorte civitates duodecim.

64. Dederunt quoque filij Israël Levitis civitates, & suburbana earum:

65. dederuntque per sortem, ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Benjamin urbes has, quas vocaverunt nominibus suis,

66. & his, qui erant de cognatione filiorum Caath, \* fueruntque civitates in terminis eorum de tribu Ephraim:

67. Dederunt ergo eis urbes ad confugiendum, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer cum suburbanis suis,

68. Iecmaam quoque cum suburbanis suis, & Bethoron similiter,

69. necnon & Helon cum suburbanis suis, & Gethremmon in eundem modum.

70. Porro ex dimidia tribu Manasse, Aser & suburbana eius, Balaam & suburbana eius: his videlicet, qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant.

71. Filiis autem Gerson de cognatione dimidia tribus Manasse Gaulon in Basan, & suburbana eius, & Asharoth cum suburbanis suis.

72. De tribu Issachar, Cedès & suburbana eius, & Dabereth cum suburbanis suis,

73. Ramoth quoque & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis.

74. De tribu verò Aser: Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter,

75. Hucaç quoque & suburbana eius, & Rohob cum suburbanis suis.

76. Porro de tribu Nephthali, Cedès in Galilea & suburbana eius, Hamon cum suburbanis suis, & Cariathaim, & suburbana eius.

77. Filiis autem Merari residuis de tribu Zabulon, Remmono & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis:

78. trans Iordanem quoque ex adverso Iericho contra Orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis,

79. Cademoth quoque & suburbana

natione sua dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem urbes decem.

62. Porro filiis Gerson per cognationes suas de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, urbes tredecim.

63. Filiis autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt sorte civitates duodecim.

64. Dederunt quoque filij Israël Levitis civitates, & suburbana earum:

65. dederuntque per sortem, ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Benjamin urbes has, quas vocaverunt nominibus suis,

66. & his, qui erant de cognatione filiorum Caath, \* fueruntque civitates in terminis eorum de tribu Ephraim:

67. Dederunt ergo eis urbes ad confugiendum, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer cum suburbanis suis,

68. Iecmaam quoque cum suburbanis suis, & Bethoron similiter,

69. necnon & Helon cum suburbanis suis, & Gethremmon in eundem modum.

70. Porro ex dimidia tribu Manasse, Aser & suburbana eius, Balaam & suburbana eius: his videlicet, qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant.

71. Filiis autem Gerson de cognatione dimidia tribus Manasse Gaulon in Basan, & suburbana eius, & Asharoth cum suburbanis suis.

72. De tribu Issachar, Cedès & suburbana eius, & Dabereth cum suburbanis suis,

73. Ramoth quoque & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis.

74. De tribu verò Aser: Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter,

75. Hucaç quoque & suburbana eius, & Rohob cum suburbanis suis.

76. Porro de tribu Nephthali, Cedès in Galilea & suburbana eius, Hamon cum suburbanis suis, & Cariathaim, & suburbana eius.

77. Filiis autem Merari residuis de tribu Zabulon, Remmono & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis:

78. trans Iordanem quoque ex adverso Iericho contra Orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis,

79. Cademoth quoque & suburbana

eius, & Mephaat cum suburbanis suis.

80. Necnon & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Manaï cum suburbanis suis,

81. sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis.

CAPUT VII.

Posterij Issachar, Benjamin, Nephthali, Manasse, Ephraim, & Aser.

1. Porro filij Issachar: Thola, & Phua, Iasub, & Simeron, quatuor.

2. Filij Thola: Ozi & Raphaia, & Ieriel, & Iemaï, & Iebsem, & Samuël, principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus David, viginti duo millia sexcenti.

3. Filij Ozi: Izrabia, de quo nati sunt Michael, & Obadia, & Ioel, & Iesia, quinque omnes principes.

4. Cùmque eis per familias, & populos suos, accincti ad praelium, viri fortissimi, triginta sex millia: multas enim habuerunt uxores, & filios.

5. Fratres quoque eorum per omnem cognationem Issachar robustissimi ad pugnam, octoginta septem millia numerati sunt.

6. Filij \* Benjamin: Bela, & Bechor, & Iadiel, tres.

7. Filij Bela: Esbon, & Ozi, & Oziel, & Ierimoth, & Uraï, quinque principes familiarum, & ad pugnam robustissimi: numerus autem eorum, viginti duo millia & triginta quatuor.

8. Porro filij Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Elieonai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anaroth, & Almath: omnes hi, filij Bechor.

9. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum ad bella fortissimi, viginti millia & ducenti.

10. Porro filij Iadiel: Balan. Filij autem Balan: Iebus, & Benjamin, & Aod, & Chanana, & Zethan, & Tharsis, & Allisahar.

11. omnes hi filij Iadiel, principes cognationum suarum, viri fortissimi, decem & septem millia, & ducenti ad praelium procedentes.

12. Sepham quoque, & Hapham filij Hir: & Hasim filij Aher.

13. \* Filij autem Nephthali: Iasiel, & Genes. 46.  
13.  
Gen. 46.  
24.

Guni, & Ieser, & Sellum, filij Bale.  
14. Porrò filius Manasse, Esriël: concubinaque eius Syra peperit Machir patrem Galaad.

15. Machir autem accepit uxores filiis suis Happphim, & Saphan: & habuit sororem nomine Maacha: nomen autem secundi, Salphaad, natæque sunt Salphaad filie.

16. Et peperit Maacha uxor Machir filium, vocavitque nomen eius Phares: porrò nomen fratris eius, Sares: & filij eius, Ulam, & Recen.

17. Filius autem Ulam, Badan. hi sunt filij Galaad, filij Machir, filij Manasse.

18. Soror autem eius Regina peperit Virumdecorum, & Abiezer, & Mohola.

19. Erant autem filij Semida, Ahin, & Sechem, & Leci, & Aniam.

20. Filij autem Ephraim: Suthala, Barad filius eius, Thahath filius eius, Elad filius eius, Thahath filius eius, huius filius Zabab,

21. & huius filius Suthala, & huius filius Ezer & Elad: occiderunt autem eos viri Geth indigenæ, quia descenderant ut invaderent possessiones eorum.

22. Lixit igitur Ephraim pater eorum multos duobus, & venerunt fratres eius ut consolarentur eum.

23. Ingressusque est ad uxorem suam: quæ concepit, & peperit filium, & vocavit nomen eius Beria, eò quod in malis domus eius ortus esset:

24. filia autem eius fuit Sara, quæ edificavit Bethoron inferiorem & superiorem, & Ozensara.

25. Porrò filius eius Rapha, & Reseph, & Thale, de quo natus est Thaan,

26. qui genuit Laadan: huius quoque filius Ammiud, qui genuit Elisama,

27. de quo ortus est Nun, qui habuit filium Iosue.

28. Possessio autem eorum & habitatio, Bethel cum filiabus suis, & contra Orientem Noran ac Occidentalem plagam Gazzer & filie eius, Sichem quoque cum filiabus suis, usque ad Aza cum filiabus eius.

29. Iuxta filios quoque Manasse Bethsan & filias eius, Thanach & filias eius, Maggedo & filias eius: Dor & filias eius: in his habitaverunt filij Ioseph, filij Israël.

30. Filij Aser: Iemna, & Iesua, & Iessui, & Baria, & Sara soror eorum.

31. Filij autem Baria: Heber, & Melchiel: ipse est pater Barsaith.

32. Heber autem genuit Iephlath, & So-

mer, & Hotham, & Suaa sororem eorum.

33. Filij Iephlath: Phosech, & Chamaal, & Asoth: hi filij Iephlath.

34. Porrò filij Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram.

35. Filij autem Helem fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles, & Amal.

36. Filij Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Iamra,

37. Bosor, & Hod, & Samma, & Salussa, & Iethran, & Bera.

38. Filij Iether: Iephone, & Phaspha, & Ara.

39. Filij autem Olla: Aree, & Haniel, & Resia.

40. Omnes hi filij Aser, principes cognationum, electi atque fortissimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis, quæ apta esset ad bellum, viginti sex milia.

## CAPUT VIII.

Rursùm genealogia Benjamin & Saül, filiorumque ipsius.

1. Benjamin autem genuit Bale primogenitum suum, Asbel secundum, Ahara tertium,

2. Nohaa quartum, & Rapha quintum.

3. Fueruntque filij Bale: Addar, & Gera, & Abiud,

4. Abisue quoque & Naaman, & Ahoë, 5. sed & Gera, & Sephuphan, & Huram.

6. Hi sunt filij Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaa, qui translati sunt in Manahath.

7. Naaman autem, & Achia, & Gera ipse transtulit eos, & genuit Oza, & Ahjud.

8. Porrò Saharaïm genuit in regione Moab, postquam dimisit Husim & Bara uxores suas.

9. Genuit autem de Hodis uxore sua Iobab, & Sebia, & Mosa, & Molchom,

10. Iehus quoque, & Sechia, & Marmia. hi sunt filij eius principes in familiis suis.

11. Meshus verò genuit Abitob, & Elphaal.

12. Porrò filij Elphaal: Heber, & Misam, & Samad: hic edificavit Ono, & Lod, & filias eius.

13. Baria autem, & Sama principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugaverunt habitatores Geth.

14. Et Ahio, & Sesac, & Ierimoth,

15. & Zabadia, & Arod, & Heder,

16. Michaël quoque, & Iespha, & Ioha filij Baria.

extendere possis. Natus nempe Ephraim anno 2. uberratis, (Gen. 41.) M. 2301.

Iosue verò, cum exiret Israël ex Ægypto, anno M. 2513. iam quinquagesimum superbarat.

Gen. 46.

17.

Genes. 46.

21.

Sup. 7. 6.

Genes. 46.

21.

Sup. 7. 6.

Genes. 46.

21.

Sup. 7. 6.

Genes. 46.

21.

Sup. 7. 6.

Genes. 46.

21.

Sup. 7. 6.

Genes. 46.

21.

Sup. 7. 6.

Genes. 46.

21.

Sup. 7. 6.

Genes. 46.

21.

Sup. 7. 6.

Genes. 46.

21.

Sup. 7. 6.

Genes. 46.

21.

## CAPUT IX.

Qui primi filiorum Israël habitaverint in Ierusalem, & officia sacerdotum ac Levitarum, generationes quoque Saül ac filiorum eius repetantur.

1. Unversus ergo Israël dinumeratus est: & summa eorum scripta est in Libro regum Israël, & Iuda: translaticque sunt in Babylonem propter delictum suum.

2. Qui autem habitaverunt primi in possessionibus, & in urbibus suis: Israël, & Sacerdotes, & Levitæ, & Nathinæi.

3. Commorati sunt in Ierusalem de filiis Iuda, & de filiis Benjamin, de filiis quoque Ephraim, & Manasse.

4. Othei filius Ammiud, filij Amri, filij Omrai, filij Bonni, de filiis Phares filij Iuda.

5. Et de Siloni: Asaï primogenitus, & filij eius.

6. De filiis autem Zara: Iehuel, & fratres eorum, sexcenti nonaginta.

7. Porrò de filiis Benjamin: Saïo filius Mosollam, & filij Odvia, filij Asana:

8. & Iobania filius Ieroham: & Ela filius Ozi: filij Mochori: & Mosollam filius Saphatæ, filij Rahnel, filij Iebania,

9. & fratres eorum per familias suas, nongenti quinquaginta sex. Omnes hi, principes cognationum per domos patrum suorum.

10. De sacerdotibus autem: Iedaïa, Ioiarib, & Iachin:

11. Azarias quoque filius Helcæ, filij Mosollam, filij Saïoe, filij Maraïoth, filij Achitob, pontifex domus Dei.

12. Porrò Adaias filius Ieroham, filij Phassur, filij Melchæ: & Maasai filius Adiel, filij Iezra, filij Mosollam, filij Mosollamith, filij Emmer.

13. Fratres quoque eorum principes per familias suas, mille septingenti sexaginta, fortissimi robore ad faciendum opus ministerij in domo Dei.

14. De Levitis autem: Semæia filius Hassub filij Ezricam, filij Hasebia de filiis Merari.

15. Bacbacar quoque carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micta, filij Zechri, filij Asaph:

16. & Obdia filius Semæie, filij Galaï, filij Idithun: & Barachia filius Asa, filij Elcana, qui habitavit in atrijs Netophati.

17. Ianitores autem: Sellum, & Accub,

II

&

\* Pronomen eius toties hic repetitum semper ad Ephraim referentur— cum est: ducis nominantur liberi sexdecim usque ad v. 26. \* Gethæi nempe, fines Ægypti populatari, quibus primi occurrerunt filij Ephraim. † i. Quæ mater fuit edificatorum. \*\* Hebr. & Græc. Et Thale filius eius, & Thaan filius eius. \* Gr. Ipsi Laadan filio eius (nempe adhuc Ephraim) filius Ammiud, &c. Ergo ab Ephraim ad Iosue non nisi sex generationes, quas per annos circiter 160.

17. Et Zabadia, & Mosollam, & Hezezi, & Heber, 18. & Iesamari, & Lezia, & Iobab filij Elphaal, 19. & Iacim, & Zechri, & Zabdi, 20. & Elioenai, & Selethai, & Eliel, 21. & Adaïa, & Baraïa, & Samarath filij Semei. 22. Et Iespham, & Heber, & Eliel, 23. & Abdon, & Zechri, & Hanan, 24. & Hanania, & Ælam, & Anathothia, 25. & Iephdaïa, & Phaniel filij Sessac. 26. Et Samsari, & Sohoria, & Otholia, 27. & Iersia, & Elia, & Zechri, filij Ieroham. 28. Hi patriarchæ & cognationum principes, qui habitaverunt in Ierusalem. \* Infr. 9. 36. 30. filiusque eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab. 31. Gedor quoque, & Ahio, & Zacher, & Macelloth: 32. & Macelloth genuit Samaa: habitaveruntque ex adverso fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis. \* 1. Reg. 14. 51. Infr. 9. 36. 33. \* Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saül. Porrò Saül genuit Ionathan, & Melchisua, & Abinadab, & Esbaal. \* Qui & Miphiboseth. 2. Reg. 4. 4. 34. Filius autem Ionathan, Meribbaal: 35. Filij Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz. 36. Et Ahaz genuit Ioada: & Ioada genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri: porrò Zamri genuit Mosa, 37. & Mosa genuit Banaa, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel. 38. Porrò Asel sex filij fuerunt his nominibus, Ezricam, Bocru, Ismahel, Saria, Obdia, & Hanan. omnes hi filij Asel. 39. Filij autem Esec fratris eius, Ulam, primogenitus, & Iehus secundus, & Eliphath tertius. 40. Fueruntque filij Ulam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes, usque ad centum quinquaginta. Omnes hi, filij Benjamin.

& Telmon, & Ahijam; & frater eorum Sellum princeps,

18. usque ad illud tempus, in porta regis ad orientem, observabant per vices suas de filiis Levi.

19. Sellum verò filius Core filij Abiasaph, filij Core, cum fratribus suis, & domo patris sui, hi sunt Coritæ super opera ministerij, custodes vestibulorum tabernaculi: & familiæ eorum per vices castrorum Domini custodientes introitum.

20. Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorum coram Domino.

21. Porrò Zacharias filius Mosollamia, ianitor portæ tabernaculi testimonij.

22. Omnes hi electi in ostiarios per portas, ducenti duodecim: & descripti in villis propriis: quos constituerunt David, & Samuel Videns, in fide sua.

23. tam ipsos, quam filios eorum in ostiis domus Domini, & in tabernaculo vicibus suis.

24. Per quatuor ventos erant ostiarij: id est ad Orientem, & ad Occidentem, & ad Aquilonem, & ad Austrum.

25. Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbatis suis de tempore usque ad tempus.

26. His quatuor Levitis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant super exedras, & thesauros domus Domini.

27. Per gym quoque templi Domini morabantur in custodiis suis, ut cum tempus fuisset, ipsi manè aperirent fores.

28. De horum genere erant & super vasa ministerij: ad numerum enim & inferebantur vasa, & efferebantur.

29. De ipsis & qui credita habebant utensilia sanctuarij, præerant simlæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus.

30. Filij autem sacerdotum unguenta ex aromatibus consiciebant.

31. Et Mathathias Levites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus erat eorum, quæ in sartagine frigebantur.

32. Porrò de filiis Caath fratribus eorum, super panes erant propositionis, ut semper novos per singula sabbata prepararent.

33. Hi sunt principes cantorum per familias Levitarum, qui in exedris morabantur, ut die ac nocte iugiter suo ministerio deservirent.

34. Capita Levitarum, per familias suas principes, manserunt in Ierusalem.

35. In \* Gabao autem commorati sunt pater Gabao Iehiel, & nomen uxoris eius Maacha.

\* Supr. 8. 29.

36. Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab,

37. Gedor quoque, & Abio, & Zacharias, & Macelloth.

38. Porrò Macelloth genuit Samaan: isti habitaverunt e regione fratrum suorum in Ierusalem, cum fratribus suis.

39. \* Ner autem genuit Cis: & Cis genuit Saül: & Saül genuit Ionathan, & Melchisua, & Abinadab, & Esbaal.

40. Filius autem Ionathan, Meribbaal: \* & Meribbaal genuit Micha.

41. Porrò filij Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz.

42. Ahaz autem genuit Iara, & Iara genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri, Zamri autem genuit Mosa.

43. Mosa verò genuit Banaa: cuius filius Raphaia, genuit Elasa: de quo ortus est Asel.

44. Porrò Asel sex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bocru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan. Hi sunt filij Asel.

CAPUT X.

Saül reprobus a Deo propter varias iniquitates a Philisthæis occiditur cum filiis: eiusque capite a Philisthæis amputato, reliquum corpus cum filiis relinquitur a viris Labes Galaad.

1. Philisthiim autem pugnabant contra Israël, fugeruntque viri Israël Palæsthinos, & ceciderunt vulnerati in monte Gelboë.

2. Cùmque appropinquassent Philisthæi persequentes Saül, & filios eius, percusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchisua filios Saül.

3. Et aggravatum est prælium contra Saül, inveneruntque eum sagittarij, & vulneraverunt iaculis.

4. Et dixit Saül ad armigerum suum Evagina gladium tuum, & interfice me: ne forte veniant incircumcisi isti, & illudant mihi. Noluit autem armiger eius hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saül ensen, & irruit in eum.

5. Quod cùm vidisset armiger eius, videlicet mortuum esse Saül, irruit etiam ipse in gladium suum, & mortuus est.

6. Interiit ergo Saül, & tres filij eius, & omnis domus illius pariter cecidit.

7. Quod cùm vidissent viri Israël, qui habitabant in campestribus, fugerunt: & Saül ac filii eius mortuis, dereliquerunt

\* Supr. 8. 33.

\* Qui & Miphiboseth. 2.Reg.4.4.

1.Reg.31.

Anno M. 2949. Ant. Chr. 1055.

urbes suas, & hac illucque dispersi sunt: veneruntque Philisthiim, & habitaverunt in eis.

8. Die igitur altero detrahentes Philisthiim spolia caesorum, invenerunt Saül, & filios eius iacentes in monte Gelboë.

9. Cùmque spoliassent eum, & amputassent caput, armisque nudassent, miserunt in terram suam, ut circumferretur, & ostenderetur idolòrum templis, & populis:

10. arma autem eius consecraverunt in fano dei sui, & caput affixerunt in templo Dagon.

11. Hoc cùm audissent viri Labes Galaad, omnia scilicet quæ Philisthiim fecerant super Saül,

12. consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadavera Saül & filiorum eius: attuleruntque ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum, quæ erat in Iabes, & ieiunaverunt septem diebus.

13. Mortuus est ergo Saül propter iniquitates suas, eò quòd prævaricatus sit mandatum Domini quod præceperat, & non custodierit illud: sed \* insuper etiam pythionissam consuluerit,

14. nec speraverit in Domino: propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad David filium Isaï.

\* Exod.17. 14. 1.Reg.15. 3. 1.Reg. 28. 8.

CAPUT XI.

Unctus David in regem, expulsus ex arce Sionis Iebusæis, habitavit in Ierusalem, hunc stipatus potentissimis ac strenuissimis militibus, quorum heròica gesta narratur: noluit David desideratam bibere aquam, eò quòd cum fortium suorum in periculo allata esset.

1. Congregatus est igitur omnis Israël ad David in Hebron, dicens: Os tuum sumus, & caro tua.

2. Heri quoque, & nudius tertius cùm adhuc regnaret Saül, tu eras qui educebatur, & introducebas Israël: tibi enim dixit Dominus Deus tuus: Tu pasces populum meum Israël, & tu eris princeps super eum.

3. Venerunt ergo omnes maiores natu Israël ad regem in Hebron, & iniit David cum eis sedes coram Domino: unxeruntque eum regem super Israël, iuxta sermonem Domini, quem locutus est in manu Samuël.

1.Reg.5.1. Anno M. 2956.

14. Abiit quoque David, & omnis Israël in Ierusalem. \* hæc est Iebus, ubi erant Iebusæi habitatores terræ.

15. Dixeruntque qui habitabant in Iebus ad David: Non ingredieris huc. Porrò David cepit arcem Sion, quæ est Civitas David,

16. dixitque: Omnis qui percusserit Iebusæum in primis, erit princeps, & dux. Ascendit igitur primus Iobab filius Sarvia, & factus est princeps.

17. Habitavit autem David in arce, & idcirco appellata est Civitas David.

18. Edificavitque urbem \* in circuitu a Mello usque ad gyrum, Iobab autem reliqua urbis extruxit.

19. Proficiebatque David vadens & crescens, & Dominus exercituum erat cum eo.

20. \* Hi principes virorum fortium David, qui adiuverunt eum ut rex fieret super omnem Israël iuxta verbum Domini, quod locutus est ad Israël.

21. Et iste numerus robustorum David: Iesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iste levavit hastam suam super trecentos vulneratos una vice.

22. Est post eum Eleazar filius patruj eius Ahoibites, qui erat inter tres potentes.

23. Iste fuit cum David in Phesdomin, quando Philisthiim congregati sunt ad locum illum in prælium: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratque populus a facie Philistinorum.

24. Hi steterunt in medio agri, & defendebant eum: cùmque percussissent Philisthæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo.

25. Descenderunt \* autem tres de triginta principibus ad petram, in qua erat David, ad speluncam Odollam, quando Philisthiim fuerant castrametati in Valle Raphaim.

26. \* Porrò David erat in presidio, & statio Philistinorum in Bethleem.

27. Desideravit igitur David, & dixit: O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethleem, quæ est in porta.

28. Tres ergo isti per media castra Philistinorum perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Bethleem, quæ erat in porta, & attulerunt ad David ut biberet: qui noluit, sed magis libavit illam Domino,

29. dicens: Absit ut in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam.

Et ob hanc

\* 2.Reg.5. 6. Anno M. 2957. Ant. Chr. 1047.

\* Anno M. 2958.

\* 2.Reg.23. 8.

\* 2.Reg.23. 13.

\* 2.Reg.23. 14.

hanc causam noluit bibere, hæc fecerunt tres robustissimi.

20. Abisai quoque frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse levavit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus.

21. & inter tres secundos inclutus, & principes eorum: verumtamen usque ad tres primos non pervenerat.

22. Banaïas filius Ioïadæ viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabsel: ipse percussit duos ariel Moab: & ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempore nivis.

23. Et ipse percussit virum Ægyptium, cuius statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam ut liciatorium textentium: descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam, quam tenebat manu. Et interfecit eum hastâ suâ.

24. Hæc fecit Banaïas filius Ioïadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus.

25. inter triginta primus, verumtamen ad tres usque non pervenerat: posuit autem eum David ad auriculam suam.

26. Porrò fortissimi viri in exercitu, Asahel frater Ioab, & Elchana filius patru eius de Bethlehem.

27. Sammoth Arorites, Helles Phaltonites,

28. Ira filius Acces Thecutes, Abiezer Anathothites,

29. Sobbochaf Husathites, Ilai Ahothites,

30. Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites,

31. Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Benjamin, Banaïa Pharonites,

32. Hurai de Torrente Gaas, Abiel Arabathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites.

33. Filij Assem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararites,

34. Ahiam filius Sachar Ararites,

35. Eliphai filius Ur,

36. Hephher Mecherathites, Ahia Phelonites,

37. Hesro Carmelites, Naarai filius Asbai,

38. Ioel frater Nathan, Mibahar filius Agarai.

39. Selec Ammonites, Naharai Berolithes arniger Ioab filij Sarvia.

40. Ira Iethraus, Gareb Iethraus,

41. Urias Hethæus, Zabab filius Oholi,

42. Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta:

43. Hanan filius Maacha, & Iosaphar Mathanites,

44. Ozia Astarothites, Samma, & Iehiel filij Hotham Arorites,

45. Iedibel filius Samri, & Ioha frater eius Thosaites,

46. Eliel Mahumites, & Ieribaï, & Iosai filij Elnaëm, & Iethma Moabites, Eliël, & Obed, & Iasiel de Masobia.

### CAPUT XII.

Qui David fuerant sequuti cum fugeret Saül; & qui postea ex omnibus tribubus venerunt ut eum regem constituerent in Hebron.

1. HI quoque venerunt ad David in Siceleg, cum adhuc fugeret Saül filium Cis, qui erant fortissimi & egregij pugnatōres.

2. tendentes arcum, & utraque manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas: de fratribus Saül ex Benjamin.

3. Princeps Abiecer, & Ioas filij Sama Gabaathites, & Laziel, & Phallet filij Azmoth, & Baracha, & Iehu Anathothites.

4. Samaïas quoque Gabaonites fortissimus inter triginta & super triginta. Ieremias, & Iehzeiel, & Iohanan, & Iezabad Gaderothites.

5. Et Eluzai & Ierimuth, & Baalia, & Samaria, & Saphatia Haruphites.

6. Elcana, & Iesia, & Azareel, & Ioëzer, & Iesbaam de Carehim:

7. Ioëla quoque, & Zabadia filij Ieroham de Gedor.

8. Sed & de Gaddi transfugerunt ad David, cum lateret in deserto, viri robustissimi, & pugnatōres optimi, tenentes clypeum & hastam: facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreae in montibus:

9. Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius,

10. Masmana quartus, Ieremias quintus,

11. Ethi sextus, Eliel septimus,

12. Iohanan octavus, Elzebad nonus,

13. Ieremias decimus, Machbanaï undecimus.

14. Hi de filiis Gad principes exercitōs: novissimus centum militibus præerat, & maximus, mille.

15. Isti sunt qui transierunt Iordanem mense primo, quando inundare consuevit super ripas suas: & omnes fugaverunt qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam & Occidentalem.

16. Venerunt autem & de Benjamin, & de Iuda ad præsidium, in quo morabatur David.

17. Egressusque est David obviam eis, & ait: Si pacificè venistis ad me ut auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: si autem insidiarini mihi pro adversariis meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & iudicet.

18. Spiritus vero induit Amasai principem inter triginta, & ait: Tui sumus, o David, & tecum filii Isai: pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis: te enim adiuvat Deus tuus. Suscepit ergo eos David, & constituit principes turme.

19. Porrò de Manasse transfugerunt ad David, quando veniebat cum Philisthim adversus Saül, ut pugnaret: & non dimicavit cum eis, quia into consilio remiserunt eum principes Philistinorum, dicentes: Periculo capitis nostri revertetur ad dominum suum Saül.

20. Quando igitur reversus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, & Iozabad, & Iedibel, & Michaël, & Ednas, & Iozabad, & Eliu, & Salathi, principes millium in Manasse.

21. hi præbuerunt auxilium David adversus latrunculos: omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu.

22. Sed & per singulos dies veniebant ad David ad auxiliandum ei, usque dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei.

23. Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad David, cum esset in Hebron, & ut transferrent regnum Saül ad eum, iuxta verbum Domini.

24. Filij Iuda portantes clypeum & hastam, sex millia octingenti expediti ad prælium.

25. De filiis Simeon virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum.

26. De filiis Levi, quatuor millia sexcenti.

27. Ioïada quoque princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria millia septingenti.

28. Sadoc etiam puer egregie indolis, & domus patris eius, principes viginti duo.

29. De filiis autem Benjamin fratribus Saül, tria millia: magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saül.

30. Porrò de filiis Ephraim viginti millia

octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis.

31. Et ex dimidia tribu Manasse, decem & octo millia, singuli per nomina sua venerunt ut constituerent regem David.

32. De filiis quoque Issachar viri eruditii, qui noverant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israël, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur.

33. Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici.

34. Et de Nephthali, principes mille: & cum eis instructi clypeo & hastâ, triginta & septem millia.

35. De Dan etiam præparati ad prælium, viginti octo millia sexcenti.

36. Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie provocantes, quadraginta millia.

37. Trans Iordanem autem de filiis Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse instructi armis bellicis, centum viginti millia.

38. Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecti venerunt in Hebron, ut constituerent regem David super universum Israël: sed & omnes reliqui ex Israël, uno corde erant, ut rex fieret David.

39. Fueruntque ibi apud David tribus diebus comedentes & bibentes: preparaverant enim eis fratres sui.

40. Sed & qui iuxta eos erant, usque ad Issachar, & Zabulon, & Nephthali, afferbant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad vescendum: farinam, palathas, uvam passam, vinum, oleum, boves, arietes ad omnem copiam, gaudium quippè erat in Israël.

### CAPUT XIII.

A Cariathiarim, reducit arca Domini de domo Abinadab, omni Israël cum David ante eam ludentibus; sed quia & Oza arcam contingens a Domino percussus est, auertit eam David in domum Obbedom, cui ex eo tempore benedixit Dominus.

1. Istit autem consilium David cum tribunis, & centurionibus, & universis principibus,

2. & ait ad omnem cœtum Israël: Si placet vobis: & a Domino Deo nostro egreditur sermo, quem loquor: mittamus ad fratres nostros reliquos in universas regiones Israël, & ad Sacerdotes, & Le-



vitas, qui habitant in suburbanis urbium, ut congregentur ad nos,

3. & reducamus arcam Dei nostri ad nos: non enim requisivimus eam in diebus Saül.

4. Et respondit universa multitudo ut ita fieret: placuerat enim sermo omni populo.

5. Congregavit ergo David cunctum Israël a Sihor Ægypti, usque dum ingrediariis Emath, ut adduceret arcam Dei de Cariathiarim.

2. Reg. 6.

6. Et ascendit David, & omnis vir Israël ad collem Cariathiarim, qui est in Iuda, ut afferret inde arcam Domini Dei sedentis super Cherubim, ubi invocatum est nomen eius.

7. Imposueruntque arcam Dei super plaustrum novum, de domo Abinadab: Oza autem, & frater eius minabant plaustrum.

8. Porrò David, & universus Israël ludebant coram Deo omni virtute in canticis, & in citharis, & psalteriis, & tympanis, & cymbalis, & tubis.

9. Cùm autem pervenissent ad Arcam Chidon, tetendit Oza manum suam, ut sustentaret arcam: bos quippe lascivienis paululum inclinaverat eam.

10. Iratus est itaque Dominus contra Ozam, & percussit eum, eò quòd tetigisset arcam: & mortuus est ibi coram Domino.

11. Contrastatusque est David, eò quòd divisisset Dominus Ozam: vocavitque locum illum: Divisio Oze: usque in præsentem diem.

12. Et timuit Deum tunc temporis, dicens: Quo modo possum ad me introducere arcam Dei?

13. Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in Civitatem David, sed avertit in domum Obededom Gethæi.

14. Mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus: & benedixit Dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.

#### CAPUT XIV.

David accepit a rege Tyri lignis & artificibus ad extruendam sibi domum, alias dicit uxores, ac multos gignit liberos, & consulto Domino bis cædit Philistæis.

2. Reg. 5.

1. Misit quoque Hiram rex Tyri nuncios ad David, & ligna cædrina, & artifices parietum, lignorumque: ut ædificarent ei domum.

2. Cognovitque David quòd confirmasset eum Dominus in regem super Is-

raël, & sublevatum esset regnum suum super populum eius Israël.

3. \* Accepit quoque David alias uxores in Ierusalem: genuitque filios, & filias. \* 2. Reg. 5. 13.

4. Et hæc nomina eorum, qui nati sunt ei in Ierusalem: Samua, & Sobab, Nathana, & Salomon,

5. Iebahar, & Elisua, & Eliphalet,

6. Noga quoque, & Napheg, & Iaphia,

7. Elisama, & Baaliada, & Eliphalet.

8. \* Audientes autem Philistiim eò

quòd unctus esset David in regem super universum Israël, ascenderunt omnes ut quærerent eum: quod cum audisset David, egressus est obviam eis.

9. Porrò Philistiim venientes, diffusi sunt in Valle Raphaim.

10. Consulitque David Dominum, dicens: Si ascendam ad Philistæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei Dominus: Ascende, & tradam eos in manu tua.

11. Cùmque illi ascendissent in Baalpharasim, percussit eos ibi David, & dixit: Divisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut dividuntur aquæ: & idcirco vocatum est nomen illius loci Baalpharasim.

12. Dereliqueruntque ibi deos suos, quos David iussit exuri.

13. Alia etiam vice Philistiim irruerunt, & diffusi sunt in valle.

14. Consulitque rursus David Deum, & dixit ei Deus: Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies contra illos ex adverso pyrorum.

15. Cùmque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim Deus ante te, ut percutiat castra Philistiim.

16. Fecit ergo David sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philistinorum, de Gabaon usque Gazera.

17. Divulgatumque est nomen David in universis regionibus, & Dominus dedit pavorem eius super omnes gentes.

#### CAPUT XV.

Parato tabernaculo, deducitur magno cum apparatu arca Dei in Ierusalem, committente omni Israël, sacerdotibus vero ac Levitis iuxta sua officia ministrantibus, & Michol despiciit David coram arca saltantem, indutum stolâ byssinâ, & ephod lineo.

1. Fecit quoque sibi domos in Civitate David: & edificavit locum arca: Dei, tetenditque ei tabernaculum.

2. Tunc

2. Tunc dixit David: illicitum est ut a quocumque portetur arca Dei nisi a Levitis, quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi usque in æternum.

3. Congregavitque universum Israël in Ierusalem, ut afferretur arca Dei in locum suum, quem præparaverat ei.

4. Necon & filios Aaron, & Levitas.

5. de filiis Caath, Uriel princeps fuit, & fratres eius centum viginti.

6. De filiis Merari, Asafa princeps: & fratres eius ducenti viginti.

7. De filiis Gersom, Ioël princeps: & fratres eius centum triginta.

8. De filiis Elisaphan, Semeïas princeps: & fratres eius ducenti.

9. De filiis Hebron, Eliel princeps: & fratres eius octoginta.

10. De filiis Oziel, Aminadab princeps: & fratres eius centum duodecim.

11. Vocavitque David Sadoc, & Abiathar sacerdotes, & Levitas, Uriel, Asalam, Ioël, Semeïam, Eliel, & Aminadab:

12. & dixit ad eos: Vos qui estis principes familiarum Leviticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam Domini Dei Israël ad locum, qui ei præparatus est:

\* Sup. 13.

13. \* ne ut a principio, quia non eratis præsentés, percussit nos Dominus: sic & nunc fiat illicitum quid nobis agentibus.

14. Sanctificati sunt ergo Sacerdotes, & Levitæ, ut portarent arcam Domini Dei Israël.

\* Num. 4.

15. \* Et tulerunt filij Levi arcam Dei, sicut præceperat Moyses iuxta verbum Domini humeris suis in vestibus.

16. Dixitque David principibus Levitarum, ut constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis videlicet, & liris, & cymbalis, ut resonaret in excelsis sonitus letitiæ.

17. Constitueruntque Levitas: Hemam filium Ioël, & de fratribus eius Asaph filium Barachia: de filiis vero Merari, fratribus eorum: Ethan filium Casaïæ.

18. Et cum eis fratres eorum: in secundo ordine, Zachariam, & Ben, & Iaziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, Eliab, & Banaiam, & Maasiam, & Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obededom, & Iehiel, ianitores.

19. Porrò cantores, Heman, Asaph, & Ethan: in cymbalis æneis concrepantes.

20. Zacharias autem, & Oziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, & Eliab, &

Maasias, & Banafas in nablis arcana cantabant.

21. Porrò Mathathias, & Eliphalu, & Macenias, & Obededom, & Iehiel, & Ozazi, in citharis pro octava canebant epinicion.

22. Chonenias autem princeps Levitarum, prophetiæ præerat, ad præcipientem melodiam: erat quippe valde sapiens.

23. Et Barachias, & Elcana: ianitores arca: in citharis cantabant.

24. Porrò Sebenias, & Iosaphat, & Nathanaël, & Amasa, & Zacharias, & Banafas, & Eliezer sacerdotes, clangebant tubis coram arca Dei: & Obededom, & Iehias erant ianitores arca:.

25. \* Igitur David & omnes maiores natu Israël, & tribuni ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obededom cum letitia.

26. Cùmque adiuisset Deus Levitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes.

27. Porrò David erat indutus stolâ byssinâ, & universi Levitæ qui portabant arcam, cantoresque & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: David autem etiam indutus erat ephod lineo.

28. Universusque Israël deducebant arcam fœderis Domini in iubilò, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & citharis concrepantes.

29. Cùmque pervenisset arca fœderis Domini usque ad Civitatem David, Michol filia Saül prospiciens per fenestram, vidit regem David saltantem atque ludentem, & desepxit eum in corde suo.

#### CAPUT XVI.

Constitutâ arcâ in tabernaculo fœderis, oblatisque victimis, populus a David benedicitur & epulum præbetur; ordinantur varia Levitarum ministeria coram arca, interposito cantico divine laudis.

1. **A**tulerunt igitur arcam Dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David: & obtulerunt holocausta, & pacifica coram Deo.

2. Cùmque complexisset David offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini.

3. Et divisit universis per singulos, a viro usque ad mulierem tortam panis, &

\* 2. Reg. 6.

12.

4. Reg. 15.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

partem assae carnis bubalae, & frixam oleo  
similam.  
4. Constituitque coram arca Domini de  
Levitis, qui ministrarent, & recordaren-  
tur operum eius, & glorificarent, atque  
laudarent Dominum Deum Israël:  
5. Asaph principem. Et secundum eius  
Zachariam: Porro Iahiel, & Semiramoth,  
& Iehiel, & Mathathiam, & Eliab, & Ba-  
naïam, & Obededom: Iehiel super orga-  
na psalterij, & lyras: Asaph autem ut  
cymbalis personaret;  
6. Banaïam verò, & Iaziel sacerdotes,  
canere tubá iugiter coram arca foederis  
Domini.  
7. In illo die fecit David principem ad  
confitendum Domino Asaph, & fratres  
eius.  
8. \* Confitemini Domino, & invocate  
nomen eius: notas facite in populis adin-  
ventiones eius.  
9. Cantate ei, & psallite ei: & narrate  
omnia mirabilia eius.  
10. Laudate nomen sanctum eius: læ-  
tetur cor quarentium Dominum.  
11. Querite Dominum, & virtutem  
eius: quærite faciem eius semper.  
12. Recordamini mirabilium eius quæ  
fecit: signorum illius, & iudiciorum oris  
eius.  
13. Semen Israël servi eius: filij Iacob  
electi eius.  
14. Ipse Dominus Deus noster: in uni-  
versa terra iudicia eius.  
15. Recordamini in sempiternum pacti  
eius: sermonis, quem præcepit in mille  
generationes.  
16. Quem pepigit cum Abraham: &  
iuramenti illius cum Isaac.  
17. Et constituit illud Iacob in præ-  
ceptum: & Israël in pactum sempiter-  
num,  
18. dicens: Tibi dabo Terram Chanaan,  
funiculum hereditatis vestræ.  
19. Cùm essent pauci numero, parvi  
& coloni eius.  
20. Et transierunt de gente in gentem,  
& de regno ad populum alterum.  
21. Non dimisit quemquam calumniari  
eos, sed increpavit pro eis reges.  
22. \* Nolite tangere christos meos: &  
in prophetis meis nolite malignari.  
23. \* Cantate Domino omnis terra, an-  
nunciate ex die in diem salutare eius.  
24. Narrate in gentibus gloriam eius:  
in cunctis populis mirabilia eius.  
25. Quia magnus Dominus, & lauda-

\* Psal. 104.  
1.  
Isai. 12. 4.

bilis nimis: & horribilis super omnes  
deos.  
26. Omnes enim dij populorum, idola:  
Dominus autem caelos fecit.  
27. Confessio & magnificentia coram  
eo: fortitudo & gaudium in loco eius.  
28. Afferte Domino familiae populorum:  
afferte Domino gloriam & imperium.  
29. Date Domino gloriam, nomini eius,  
levate sacrificium, & venitis in conspectu  
eius: & adorate Dominum in decore  
sancto.  
30. Commoveatur a facie eius omnis  
terra: ipse enim fundavit orbem immobi-  
lem.  
31. Latentur cæli, & exultet terra: &  
dicant in nationibus, Dominus re-  
gnavit.  
32. Tonet mare, & plentudo eius: exul-  
tent agri, & omnia quæ in eis sunt.  
33. Tunc laudabunt ligna saltris coram  
Domino: quia venit iudicare terram.  
34. Confitemini Domino, quoniam bon-  
nus: quoniam in æternum misericordia  
eius.  
35. Et dicite: Salva nos Deus salvator  
noster; & congrega nos, & erue de gen-  
tibus, ut congregemur nomini sancto tuo,  
& exultemus in carminibus tuis.  
36. Benedictus Dominus Deus Israël ab  
æterno usque in æternum: & dicat omnis  
populus: Amen, & hymnum Domino.  
37. Reliquit itaque ibi coram arca fe-  
deris Domini Asaph, & fratres eius ut  
ministrarent in conspectu arce iugiter per  
singulos dies; & vices suas.  
38. Porro Obededom, & fratres eius  
sexaginta octo; & Obededom filium Idi-  
thun, & Hosa constituit ianitores.  
39. Sadoc autem sacerdotem, & fratres  
eius sacerdotes, coram tabernaculo Domi-  
ni in excelso, quod erat in Gabaon.  
40. ut offerrent holocausta Domino su-  
per altare holocaustatis iugiter, manè  
& vespere, iuxta omnia quæ scripta sunt  
in lege Domini, quam præcepit Israël.  
41. Et post eum Heman, & Idithun, &  
reliquos electos, unumquemque vocabulo  
suo ad confitendum Domino: Quoniam  
in æternum misericordia eius.  
42. Heman quoque, & Idithun canen-  
tes tubá, & quatientes cymbala, & omnia  
musicorum organa ad canendum Deo;  
filios autem Idithun fecit esse portarios.  
43. Reversusque est omnis populus in  
domum suam: & David, & benediceret  
etiam domui suæ.

CAPUT XVII.

Cogitanti David edificare domum Domino,  
promittitur filius qui illum sit edificaturus;  
unde David gratias agit, Dei er-  
ga se bonitatem extollens.

2. Reg. 7. 2.  
& 6. 17.  
Anno M.  
2960.  
Ant. Chr.  
1044.

1. CUM autem habitaret David in  
domo sua, dixit ad Nathan pro-  
phetam: Ecce ego habito in domo cæ-  
drina: arca autem foederis Domini sub  
pellibus est.  
2. Et ait Nathan ad David: Omnia, quæ  
in corde tuo sunt, fac: Deus enim tecum est.  
3. Igitur nocte illa factus est sermo Dei  
ad Nathan, dicens:  
4. Vade, & loquere David servo meo:  
Hæc dicit Dominus: Non ædificabis tu  
mihi domum ad habitandum.  
5. Neque enim mansi in domo ex eo  
tempore, quo eduxi Israël, usque ad diem  
hanc: sed fui semper mutans loca taber-  
naculi, & in tentorio.  
6. manens cum omni Israël. Numquid  
locutus sum saltem uni iudicum Israël,  
quibus præceperam, ut pascerent popu-  
lum meum, & dixi: Quare non ædificastis  
mihi domum cædrinam?  
7. Nunc itaque sic loqueris ad servum  
meum David: Hæc dicit Dominus exer-  
cituum: Ego tuli te, cùm in pascuis se-  
quereris gregem, ut esses dux populi mei  
Israël.  
8. Et fui tecum quocumque perrexisti;  
& interfeci omnes inimicos tuos coram  
te, fecique tibi nomen quasi unius magno-  
rum, qui celebrantur in terra.  
9. Et dedi locum populo meo Israël:  
plantabitur, & habitabit in eo, & ultra  
non commovebitur: nec filij iniquitatis  
atterent eos, sicut a principio,  
10. ex diebus quibus dedi iudices po-  
pulo meo Israël, & humiliavi universos  
inimicos tuos. Annuncio ergo tibi, quod  
ædificaturus sit tibi Dominus domum.  
11. Cùmque impleveris dies tuos ut va-  
das ad patres tuos, suscitabo semen tuum  
post te, quod erit de filiis tuis: & stabi-  
liam regnum eius.  
12. Ipse ædificabit mihi domum, & fir-  
mabo solum eius usque in æternum.  
13. Ego ero ei in patrem, & ipse erit  
mihi in filium: & misericordiam meam  
non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo,  
qui ante te fuit.  
14. Et statuarum eum in domo mea, & in  
regno meo usque in sempiternum: & thro-  
nus eius erit firmissimus in perpetuum.

15. Iuxta omnia verba hæc, & iuxta  
universam visionem istam, sic locutus est  
Nathan ad David.  
16. Cùmque venisset rex David, & se-  
disset coram Domino, dixit: Quis ego  
sum Domine Deus, & quæ domus mea,  
ut prestares mihi talia?  
17. Sed & hoc parum visum est in cons-  
pectu tuo, ideoque locutus es super do-  
mum servi tui etiam in futurum: & fe-  
cisti me spectabilem super omnes homi-  
nes Domine Deus.  
18. Quid ultra addere potest David,  
cùm ita glorificaveris servum tuum, &  
cognoveris eum?  
19. Domine propter famulum tuum  
iuxta cor tuum fecisti omnem magnificen-  
tiam hanc, & nota esse voluisti universa  
magnalia.  
20. Domine, non est similis tui: & non  
est alius Deus absque te, ex omnibus, quos  
audivimus auribus nostris.  
21. Quis enim est alius, ut populus tuus  
Israël, gens una in terra, ad quam perre-  
xit Deus, ut liberaret, & faceret populum  
sibi, & magnitudine suâ atque terroribus  
ejiceret nationes a facie eius, quem de  
Ægypto liberarat?  
22. Et posuisti populum tuum Israël tibi  
in populum usque in æternum, & tu Do-  
mine factus es Deus eius.  
23. Nunc igitur Domine, sermo, quem  
locutus es famulo tuo, & super domum  
eius, confirmetur in perpetuum, & fac  
sicut locutus es.  
24. Permaneatque & magnificetur no-  
men tuum usque in sempiternum: & di-  
catur: Dominus exercituum Deus Israël;  
& domus David servi eius permanens co-  
ram eo.  
25. Tu enim Domine Deus meus reve-  
lasti auriculam servi tui, ut ædificares ei  
domum: & idcirco invenit servus tuus fi-  
duciam, ut oret coram te.  
26. Nunc ergo Domine tu es Deus: &  
locutus es ad servum tuum tanta beneficia.  
27. Et cœpisti benedicere domui servi  
tui, ut sit semper coram te: te enim Do-  
mine benedicente, benedicta erit in per-  
petuum.

CAPUT XVIII.

Prelia & victoria David, & tributa ge-  
nibus imposita, atque officinij eius.

1. Factum est autem post hæc, ut per-  
cutteret David Philistiim, & hu-  
mi-

a. Reg. 8. 1.  
Anno M.  
2960.  
Ant. Chr.  
1044.